



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXV. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstift das Dorf Staffelelde, am 23. oder 31. Aug. 1333.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

vicarius, ad appetenda fiducialius sempiterna, pro estimato pretio nobis perfoluto decem et octo denarios Brandenburgensis monete comparavit, dandos eidem quamdiu vixerit in octava Epiphaniae de nostris oblationibus annuatim pro tempore quicumque fuerit nostrum per plebanum: Sane ipso domino Rosa debitum univ[er]se Carnis exsolvente, Idem statuit dictos denarios in quolibet suo anniversario sic distribuendos, quod plebanus tres, Ecclesiasticus qui pro tempore fuerit duos et suus socius campanarius unum denarium habebunt de eisdem. Residuum totum plebanus cum Rectore camere inter sacerdotes vicarios parcietur, et hoc nostro cum consensu sepe dictus dominus Rosa statuit perpetuis temporibus duraturum: et ne cuiquam calumpnia valeat suboriri de premissis, sigillum nostri Capituli ex nostra certa scientia presentibus est appensum. Actum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, feria sexta ante Nycolaum, in nostro Capitulo generali et datum per manum Johannis Wolf Ecclesie nostre tunc plebani.

**CXV.** Markgraf Ludwig verzeigt dem Domstift das Dorf Staffelde, am 23. oder 31. Aug. 1333.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, — Honorabilibus viris et discretis . . . Preposito . . . Decano, Totique Capitulo Ecclesie Stendalensis, et ipsi Ecclesie, dedimus, donavimus, appropriavimus et presentibus appropriamus, villam dictam Staffelde, una cum Decem et octo fructibus denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum, in eadem villa sitis, cujus collatio nobis pertinet, cum omnibus suis Juribus, et specialiter cum supremo et infimo Judicio, jure patronatus, equo servili, univ[er]sisque modis et conditionibus, quibus ipsam villam fideles nostri dilecti Gyso, Godiko et Woltziko, fratres de Schonenberg, a nobis nomine feodi tenuerunt, cum jurisdictionibus, pertinentiis, redditibus, honoribus, distinctionibus, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, mericis, paludibus, aliisque rebus et bonis, eidem rite pertinentibus, sic quod ipsi, ipsorumque successores, dictam villam debebunt et debent sine omni inquietatione iuste et directo proprietatis titulo perpetue possidere. Singulisque tamen juribus et consuetudinibus, nobis in dicta villa pertinentibus, quibus integre gaudere sive frui volumus, omnimodo reservatis. In cujus rei Testimonium presentes conscribi, Sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri. Datum Anno domini Milleesimo Trecentesimo Tricesimo tertio, In vigilia Beati Egidii.

*Ann.* Die Urkunde befindet sich auch im Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. IV. Das Datum ist hier in vigilia S. Bartholomaei. (23. August).

**CXVI.** Die Herzogin Agnes beleihet Heinrich Junge zu Stendal mit den von Heinrich von Kloden und Johann Arnstedt erkauften Hufen in Göhren, am 26. Jan. 1334.

In Nomine domini Amen. Agnes, dei gratia in Brunefwick ducissa ac antique marchie domina, — cum honesti famuli, Hinricus de Cloden, Johannes de Arnstede, tres mansos, sitos in campis ville Ghore, solventes novem frusta reddituum et dimidium, cum quadam curia ibidem, a quibusdam in civitate Stendal et extra residentibus emendo comparatos, a nobis tenerent in pheodo, dicti famuli, tractatu et conventionibus cum Hinrico dicto juvene, et mentzen ipsius svagero, prehabitis et iniis, ipsos tres mansos et curiam pretactos, cum omni jure ipsis competenti, recepto sufficienti et convento ob id pretio, ad manus juvenis et mentzen predictorum et suorum heredum, nobis concorditer resignarunt, Nos igitur hujusmodi tres mansos et curiam, ab omni precaria